¶ Sermo

de deſerto delicijs affluens innixa ſup di/
lectũ ſuum. quaſi dicerent. hoc nobis no/
uum et iſolitum. vt mulier humeris regũ
innixa tantis honoribus ditata procedat
ad ſoliũ Jdeo in admiratõne conuerſi ſci
re deſideramus tanti miſterij veritatem/
quoꝝ queſtioni et ãmirationi triplex da/
ta eſt reſponſio ¶ Primo a rege honorabi
liter deferente. non eñ decebat regẽ ma/
tris ſilere ꝑconiũ cui tam familiare et ſin/
gulare ꝯtuberniũ exhibebat. ne virginis
excellentiã ignorarent. ꝓpter hoc dixit.
Hec eſt primitiua caſtitatis ſiue corrupti
one fecũda. ſine dolore puerpera ſola in/
ter mulieres a maledictõne et dolore ꝑtu
rientiũ aliena. et ideo eſt ſpecioſior ſole et
ſuper omnẽ ſtellaꝝ diſpoſitionẽ luci ꝯꝑa/
ta inuenitur prior Sap. vij. Hec eſt enim
mater mea riuus et emanatio q̃dam cla/
ritatis. Scđo a matre ſublimiter aſcendẽ
te. vt ſicut angeli reginã alloquentẽ audi
ant. et eam oĩbus p̄latam cognoſcãt. pro
pter hoc Eccĩ. xxiiij. Ego mater pulcre
dilectionis et ti. et. ag. ꝛc̃. quaſi diceret.
Non miremini ſi tantis priuilegijs dita/
ta aſcẽdo quã dei fili⁹ pre ceteris dilexit ⁊
prerogatiua mirabili ſublimauit. qꝛ i me
oĩs gratia vie et ꝟtutis. in me ſpes vie
et ſalutis. et ideo quaſi vitis fructificaui
ſuauitatẽ odoris et flores mei fructus ho/
noris et honeſtatis. Et ſi ad vltimũ forte
queris. ego flos campi ad quẽ vndiqua/
qꝫ patet acceſſus. que ſum oĩbus oĩa ſic
igiẗ ego ſum oĩb⁹ cõmunis in celo et in
terra. et liliũ ꝯualliũ humilibus et in ymo
et in purgatorio laborantibus. Tercio ab
acie delectabiliter ſubſequẽte. et ſic reſpõ
ſum eſt Geneſ. xxiiij. Jpa eſt mulier quã
preparauit dñs filio dñi mei id eſt chriſto
generoſitatẽ glorioſi ꝯtubernij habẽs. qꝛ
omniũ dñs et pater elegit illam Sapi. ix.
Et ideo hodie ad cubiculũ regis adduciẗ
vt q̃ in terris apparuit ꝟtutũ oĩm orna/
mẽtis eximia in celis videaẗ excelſa

¶ De ſancto Bartholomeo

¶ Sermo. xxxiij. ¶ A

## Poſuiſti domie

ſuper caput eius coronã de la/
pide ꝑcioſo ꝑs. Triplex coro/
na eſſe legitur i ſcriptura. vna aurea que
datur ꝟginib⁹. alia ſtellea que datur ꝑdi
catoribus ꝓpter ſuã luminoſitatẽ. tercia
lapidea que datur martirib⁹ et ꝓ xp̄o pa
cientibus qꝛ lapis ꝓpter ſuam ſoliditatẽ
pacientiã ſignificat. ſed pauci ſumus qui
has coronas accipimus. qꝛ pauci ſunt ho
die ꝟgines. pauci boni ꝑdicatores et nul
li quaſi martires. Unde plorãtes cũ Hie
remia poſſum⁹ illud dicere Treñ. vlt. Ce
cidit corona capitis noſtri ve nobis quia
peccauim⁹. Eſt igitur notandũ ꝙ tripli/
cem modo corona portam⁹ quã nõ por/
tauit apl̃s ſed ꝓiecit. ¶ Prima eſt corona
laſciuie qua carne et mente inficimur. et
hanc coronam imponit nobis corpus infi
ciens. Scđa corona auaricie. qua ad ter
rena deprimimur quã imponit nobis mũ
dus deficiens Tercia vero corona ſuper
bie quã nobis imponit dyabolus fallens
vel decipiens ¶ B Dico ꝙ prima
corona quo coronamur a carne eſt coro/
na laſciuie quã ſerui vẽtris et carnis ſibi
tota die imponũt. ad literam eñ videm⁹
ꝙ ſerui corporis ſibi ad modũ corone ſer
ta faciunt de floribus ſiue de roſis. Unde
dicunt illud Sap. Coronemus nos roſis
anteq̃ꝫ marceſcant. nullum ſit paratum
quod pretereat luxuria noſtra. et eſt no/
tabile quia dicunt anteq̃ꝫ marceſcant. qꝛ
eorum corone mane ſunt virides ſero ſic
ce. mane redolentes. ſero ſunt quaſi nul/
le. Sicut enim habetur Jſa. xl. Omnis
caro fenum et gloria eius tanq̃ꝫ flos fe/
ni. exiccatum eſt fenũ et cecidi flos. ergo
corona ſiue gl̃ia carnis eſt ſic gl̃ia feni. vl̃
nulla. ꝓpheta. fiũt ſic fenũ tectorũ. qđ pri
uſq̃ꝫ euellaẗ exaruit Job. xiiij. Homo na
tus de muliere. ecce vite fragilitas. breui
viuens tp̄e ecce vite modicitas. Repleẗ

Homo natus de muliere breui viuens tpe etc.


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG